

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Adulacio bc  
cum fonte primo

Adulacio quam similis est amicicie!  
Non imitatur tantum illam sed uincit et  
precedit;

eo ipso graciosos facit quo ledit.

Vicia nobis sub uirtutum nomine  
obrepunt: temeritas sub titulo fortitudinis  
latet, moderacio uocatur ignauia,  
pro cauto timidus accipitur.  
In hiis magno periculo erramus.

Seneca.

Adulatio quam similis est amicitiae!  
Non imitatur tantum illam sed vincit et  
praeterit;  
apertis ac propitiis auribus recipitur  
et in praecordia ima descendit,  
eo ipso gratiosa quo laedit:  
doce quemadmodum hanc  
similitudinem possim dinoscere.  
Venis ad me pro amico blandus inimicus;  
vitia nobis sub virtutum nomine  
obrepunt: temeritas sub titulo fortitudinis  
latet, moderatio vocatur ignavia,  
pro cauto timidus accipitur.  
In his magno periculo erramus:  
his certas notas inprime.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 45.7 (L. Reynolds ed., vol.1, p.117, ll.1-9).